[..]us in iudeam iterum. Dicunt
ei discipuli. Rabi. nunc querebant
te iudei lapidare: ⁊ iterum uadis
illuc. Respondit ihesus. Nonne
duodecim hore sunt diei. Siquis
a[m]bulauit in die non offendit:
quia lucem huius mundi uidet.
Si ambulauerit in nocte offen
[dit qui]a lux non est in eo. Hec
ait ⁊ post hec dicit eis. Lazarus
amicus noster dormit: sed uado
ucuado ut a sompno excitem
eum. Dixerunt ergo discipuli
eius ad eum. Domine si dormit:
saluus erit. Dixerat autem ihesus
de morte eius: illi autem putaue
runt quia de dormicione sompni
diceret. Tunc ergo dixit eis ihesus
manifeste. Lazarus mortuus
est: sed gaudeo propter uos ut cre
datis quoniam non eram ibi. Sed
eamus ad eum. Dixit ergo tho
mas qui dicitur didimus: ad
condiscipulos. Eamus ⁊ nos:
ut moriamur cum eo. Venit ita
que ihesus: ⁊ inuenit eum quatu
or dies iam in monumento ha
bentem. Erat autem bethania iux
ta ierosolimam: quasi stadijs
quindecim. Multi autem ex iudeis
uenerant ad martham ⁊ ma
riam: ut consolarentur eas de fratre
suo. Martha ergo ut audiuit quia
ihesus uenit: occurrit illi. Maria
uero domi sedebat. Dixit ergo
martha ad ihesum. Domine. si fuisses
hic. frater meus non fuisset mor

tuus. Sed et nunc scio: quia quecumque
poposceris a deo. dabit tibi deus.
Dicit illi ihesus. Resurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio quia resur
get in resurrectione in nouissimo die.
Dicit ei ihesus. Ego sum resurrectio
⁊ uita. Qui credit in me: etiam si
mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui
uiuit ⁊ credit in me non morietur
in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utique
domine. Ego credidi quia tu es christus fi
lius dei uiui: qui in hunc mundum
uenisti. Et cum hec dixisset: abijt
⁊ uocauit mariam sororem suam silencio
dicens. Magister adest: ⁊ uocat te.
Illa autem ut audiuit surrexit cito:
⁊ uenit ad eum. Nondum enim ue
nerat ihesus in castellum: sed erat
adhuc in illo loco ubi occurrerat
illi martha. Iudei igitur qui erant
cum ea in domo ⁊ consolabantur
eam. cum uidissent mariam quia
cito surrexit ⁊ exijt: secuti sunt
eam dicentes. quia uadit ad monu
mentum ut ploret ibi. Maria ergo
cum uenisset ubi erat ihesus: ui
dens eum. cecidit ad pedes eius:
⁊ dixit ei. Domine si fuisses hic:
non esset mortuus frater meus.
Ihesus ergo ut uidit eam plorantem
⁊ iudeos qui uenerant cum ea
plorantes: fremuit spiritu ⁊ turba
uit semetipsum: et dixit. Ubi po
suistis eum? Dicunt ei. Domine
ueni et uide. Et lacrimatus est
ihesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce
quomodo amabat eum. Quidam

BIBL. UNIV. HELS.

aut ex ipſis dixerunt. Non po
terat hic qui aperuit oculos ce
ci nati facere ut hic non moreretur? Ihesus
ergo rurſum fremens in ſemet
ipſo: uenit ad monumentum. E
rat autem ſpelunca: et lapis ſuper
poſitus erat ei. Ait ihesus. Tollite
lapidem. Dixit ei martha ſoror
eius qui mortuus fuerat. Domine
iam fetet: quatriduanus enim est.
Dixit ei ihesus. Nonne dixi tibi:
quoniam ſi credideris: uidebis gloriam
dei. Tulerunt ergo lapidem. Ihesus
autem eleuatis oculis ſurſum: dix
it. Pater gracias ago tibi: quoniam au
diſti me. Ego autem ſciebam. quia
ſemper me audis: ſed propter populum qui
circumſtat dixi ut credant quia tu
me miſiſti. Hec cum dixiſſet: uo
ce magna clamauit. lazare ue
ni foras. Et ſtatim prodiit qui fu
erat mortuus ligatus pedes et
manus inſtitis: et facies illius
ſudario erat ligata. Dixit eis
ihesus. Soluite eum: et ſinite ab
ire. Multi ergo ex iudeis qui
uenerant ad mariam et martham
et uiderant que fecit ihesus: credi
derunt in eum. Off. Populum
humilem ſaluum facies domine et
oculos ſuperborum humiliabis
quoniam quis deus preter te domine. Se.
Munera nos domine quesumus obla
ta purificent: et te nobis iugiter
faciant eſſe placatum. Per. Com.
Videns dominus flentes ſorores la
zari ad monumentum lacrimatus

eſt coram iudeis et clamabat [illegible]
ueni foras et prodiit [illegible]
nibus et pedibus qui [illegible]
driduanus [illegible] Post. com.
Hec nos quesumus domine [illegible]
[illegible] a [illegible]
neſcienter expediat [illegible]
nibus tueatur adue[illegible] [illegible]
Da quesumus omnipotens deus [illegible]
firmitatis noſtre conſci[illegible]
uirtute confidimus: [illegible]
ſemper pietate gaudeamus [illegible]
Sitientes uenite ad Sabbato
aquas dicit dominus et [illegible]
non habetis precium uenite [illegible]
te cum letitia. V. Attendite po[illegible]
legem meam inclinate aurem [illegible]
tram in uerba oris mei. Gl[illegible]
Fiat quesumus domine per graciam tuam
fructuoſus noſtre deuotio[illegible]
affectus: quia tunc nobis pro[illegible]
runt ſuſcepta ieiunia: ſi tue ſunt
placita pietati. Per. Le. yſaie [illegible]
Hec dicit dominus. In tempore pla
cito exaudiui te: et in die ſa
lutis auxiliatus ſum tui. [illegible]
ſeruaui te. et dedi te in fedus
populi: ut ſuſcitares terram [illegible]
poſſideres hereditates di[illegible]
tas. et diceres hiis qui uin[illegible]
ſunt exite: et hiis qui in te[illegible]
bris ſunt reuelamini. Su[illegible]
uias paſcentur. et in omni[illegible]
planis paſcua eorum. Non eſu[illegible]
ent neque ſitient. et non per[illegible]
tiet eos eſtus et ſol: quia mi[illegible]
rator eorum reget eos. et ad fon[illegible]

aquaꝝ potabit eos. Et ponaꝝ
omnes montes meos in viam:
et semite mee exaltabuntur. Ecce
isti de longe venient: et ecce il
li ab aquilone ꝛ mari. et isti de
terra australi. laudate celi ꝛ ex
ultet terra: iubilate montes lau
dem. q꞉ consolatus est dn̄s ꝑplm̄
suum: ꝛ pauperꝝ suoꝝ misere
bitur. Et dixit syon. Dereliquit
me dn̄s: ꝛ dn̄s oblitus est mei
Nunquid oblivisci potest mu
lier infantem suū ut non mi
sereatur filio uteri sui? Et si
illa oblita fuerit: ego tamen
non obliviscar tui. Dicit dn̄s
omnipotens. R. Tibi domine derelictus
est pauper pupillo tu eris adiutor
V. Utquid domine recessisti longe de
spicis in oportunitatibus in tribula
tione dum superbit impius incendit
Illo t. Dixit S. Johem. pauper
ihūs turbis iudeoꝝ. Ego sum
lux mundi. Qui sequitur me.
non ambulat in tenebris: sed
habebit lumen vite. Dixerunt
ergo ei pharisei. Tu de teipso
testimoniū perhibes: testimo
niū tuū non est verū. Respondit
ihūs: ꝛ dixit eis. Et si testimo
niū ego perhibeo de meipso: ve
rū est testimoniū meum. q꞉ scio
unde veni aut quo vado. Vos
autē nescitis unde venio aut
quo vado. Vos secundum carnem
iudicatis: ego non iudico quē
quā. et si iudico ego. iudicium
meum verū est. quia solus no

sum sed ego et qui misit me pa.
Et in lege vr̄a scriptum est: q
duoꝝ hominū testimoniū verū est.
Ego sum qui testimoniū perhi
beo de meipso: ꝛ testimoniū ꝑhi
bet de me qui misit me pater.
Dicebant ergo ei. Ubi est pater
tuus? Respondit ihūs. Neque sci
tis me: neque patrem meum. Si
me sciretis: forsitan ꝛ patrem me
um sciretis. Hec verba locutus
est ihūs in gazophilacio: docens
in templo. Et nemo apprehendit
eum: quia nondum venerat ho
ra eius. Off. Factus est dominus fir
mamentum meum ꝛ refugium meū
et liberator meus sperabo in eum
Oblacōibus domine placa secre.
re susceptis. et ad te nostras etiā
rebelles compelle ꝓpicius volū
tates. Pr̄fa. Qm cor. co. Dominus
regit me et nichil michi deerit in loco
pascue ibi me collocavit super aquam
refectionis educavit me post com.
Tua nos dn̄e qs̄ sc̄a purificent:
ꝛ operacōne sua ꝑficiant ee devo
Deus qui in te spe or po. tos. ꝑ
rantibus misereri potius eligis
quā irasci: da nobis digne flere
mala que fecimus. ut tue conso
lacōnis graciam invenire valeamus

Dō. v. of.

Iudica me deus et discerne finit

causam meam de gente non sanc

ab homine in quo et do

lo eripe me quia tu es de

us meus et fortitudo me a

V. Emitte lucem tuam et veritatem

tuam ipsa me deduxerunt et adduxe

runt in montem sanctum tuum et in taber

nacula tua

Sine gloria patri quod obser- vandum est in omnibus officiis usque ad pascha nisi in minus de sanctis. Oro.

nis omnipotens deus. familiam tuam propicius respice: ut te largien te regatur in corpore. et te servan te custodiatur in mente. Per. Ad hebreos. Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum non ma nu factum id est non huius crea tionis. neque per sanguinem hyr corum aut vitulorum. sed per proprium sang uinem introivit semel in sancta: eterna redemptione inventa. Si enim sanguis hyrcorum aut vitu lorum et cinis vitule aspersus in quinatos sanctificat ad emundatio nem carnis: quanto magis sang uis Christi. qui per spiritum sanctum semet ipsum optulit immaculatum deo. emundabit consciencias nostram ab operibus mortuis. ad servien dum deo viventi. Et ideo novi testamenti mediator est: ut mor te intercedente in redemptionem earum prevaricationum que erant sub priori testamento repromissio nem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis. In Christo Jhesu domino nostro.

R. Eripe me domine

de inimicis me

is

ce me facere voluntatem

tuam

V. Liberator meus

de

inimicis